

Heinrich Rahn Ambrosius Petersen

De Fideiussoribus

Rostochii: Richelius, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757655424>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.

216.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



3
QUOD DEUS TER OPT. MAX.
BENE VERTAT

De

FIDEJUSSORIBUS.

Permissu Amplissimæ Facultatis Juridicæ,

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo

Dn. HENRICO Rahnen/ J. U. D.
& Prof. publico.

In Academia Rostochiensi

hasce positiones

publicæ disquisitioni subjiciet

ad diem 21 Martii

in Auditorio majori

AMBROSIUS Petersen Wism. Megap.



ROSTOCHII

Ex Officina typographica hæredum Richelianorum,

Anno M DC XXXV.

1. Major univ[er]sali
Minor affirmativa

2. Major sit univ[er]sali

3. Minor affirmativa
Conclusio particularis

QUOD DEUS TER OPT. MAJ.
BENE VEATAT

FIDEIUSORIBUS

Remissa Affirmativa Facultatis Inductio


PRÆSID

Two Chapters & Conclusions

DR. HENRICO BRUNNEN

& Prof. Primarius

In A...



Public

Library

of Rostock

AMERONIS

1711

1711

ROSTOCK

1. Chapter of the Faculty of Theology

1711

DISPUTATIO
DE
FIDEJUSSORIBUS.
POSITIO I.

I in foro causas dicentibus, nefas,
S ut ita dixerim, videtur esse (verba sunt Gaji
in l. i. de O. J.) nullâ præfatione factâ judi-
rem exponere: Quanto magis interpreta-
tionem alicujus rei, seu materiæ in jure promittentibus
inconveniens erit non considerare, an res illa etiam ju-
ri & rationi conveniat, ne in supervacaneis frustra la-
borare, & operam in re illicitâ perdere dicantur. Nos
igitur materiam fidejussorum exposituri non incon-
cinnè in vestibulo negotii inquirimus, utrum alteri pro
altero fidejubere sit licitum, Affirmamus. (a)

(a) Hanc affirmativam ut nos amplectamur, movent &
suadent. 1. Bina laudatissimorum hominum exempla, quæ nobis
in sacris literis exhibentur. Unum extat *Gen. 43. v. 9.* ubi Ruben
fidem suam pro Josepho interposuit, seq; Patri Jacobo sponsione
obligavit, Alterum *in Epist. Paul. ad Philom. v. 19.* ubi ipse Di-
vus Paulus fidem suam pro Servo fugitivo Onesimo interposuit.
2. Mandatum illud generale, quo jubemur proximum diligere,
Matt. 22. v. 39. e q; in angustijs & necessitatibus succurrere. *Pf 41.*
v. 1. Tob. 4. v. 7. & 8. Syr. 29. passim & præsertim v. 18. Accedit illa
regula charitatis, quam apud Matthæum *cap. 7. v. 12.* noster Sal-
vator tradit: Omnia quæ vultis, ut faciant vobis homines, & vos
facite illis. Imò jus nostrum civile ait *in l. 7. de serv. export. in fin.*
quod beneficio affici hominem intersit hominis: Maxime ergo nos

decebit, proximo, cum à creditoribus premitur & urgetur, aut
 nummis indigens sine fidejussoribus pecuniam mutuam accipere
 non potest, succurrere, eumq; sic ex egestate & necessitate eripere.
 3. Utilitas publica, siquidem sine pernicie & interitu Reip: com-
 mercia impediri aut tolli nequeunt. arg. l. 24. §. 1. de minor. quæ
 jure omnium gentium sunt introducta. l. ex hoc jure §. ff. de justit. &
 jur. §. 2. l. de J. N. G. & C. Atqui sæpius impedirentur commer-
 cia, imo tollerentur, si fidejussio plane tolleretur. Quis namq; sine
 fidejussore egenti & inopi rem aliquam seu pecuniam crederet ?

nam in assertionem
 ad lenocitas illas
 repentinas, inconstas
 & effusas, fidejussiones
 quibus adstringere fidei
 et moxet salom. pssim
 a suis proverb. et Syrah.
 C. 29. 7. 24 et 25. l. 1. a
 in vni supradictis, extendi
 volumus vid. Jacq. Cen.
 3. clds. 1. 9. 79.

II.

Nomen autem fidejussoris à fide & jussione (a) re-
 cte deduci putamus : Fidejubere vero à fide & ju-
 bere. (b)

(a) Anton. Hering. in tractat. de fidejussor. cap. 2. num. 11.

(b) fidejubere enim idem est, quod fide sua jubere. l. 60. §. 1.
 ff. mandat. vel fidem suam pro alio obligare. l. 28. §. 6. de libe. le-
 gat. l. 27. §. ult. ad Sc. Vellej. fidem suam pro alio adstringere. l. 52.
 §. 2. in fin. ff. b. t. l. r. C. eod. fidem dicere. l. ult. §. 1. ff. mandat.

III.

Hinc fidejussor (a) dicitur, qui interpositâ stipula-
 tione (b) pro alieno debito (c) se citra novationem (d)
 obstringit, principali nihilominus manente obligato. (e)

(a) Vocabulum fidejussoris bifariam potest usurpari. 1. Ge-
 neraliter & late pro omni eo, qui alterius suscipit obligationem su-
 amq; fidem pro alio quovis modo interponit; sive sit fidejussor sive
 mandator, sive constituens, sive Expromissor. VVesenbec. hic. n. 2.
 2. Strictè & juri civili convenienter fidejussor dicitur is, quem in
 nostra definitione descripsimus : qui etiam dicitur Intercessor l. 23.
 de hered. vel act. vend. l. si mulier 22. C. ad Sc. Vell. adpromissor l. 5.
 §. 2. de V. Ob. l. 43. de solut. Præs l. 6 §. 7. Com. div. & si pro evi-
 ctione interveniat, auctor secundus l. 4. de Evict. atq; confirmator
 Nov. 4. c. 2. v. & non solum alias appellationes, vid. ap. Herin. c. 3.
 à num. 27. usq; ad fin. capituli. Et huic licet cum mandatore, consti-
 tuente,

ente, & Expromissore aliqua sit cognatio, tamen in nonnullis differunt. De quo aliquid sub lit. seq.

(b) l. 12. C. de fidejussor. & ideo quoq; satis acceptio i. e. fidejussionis acceptio definitur per stipulationem, tanquam genus. l. 5. §. 2. de V. O. Cum autem stipulatio non possit confici, nisi utroq; loquente. l. 1. princ. de V. O. ideo praesens interrogatus fidejubere dicitur. l. 32. ff. mandat. Atq; in hoc differt fidejussor à Mandatore d. l. 32. qui solo consensu obligatur. l. 1. pr. & §. 1. ff. mandat. Schn. pr. Inst. hic. Gæd. de contrab. stipul. c. 5. n. 19. In hoc etiam inter alia discrepat à Constitutore. Nam pro alio se soluturum quis etiam nudo pacto constituere potest. §. Constituta 9. Instit. de action. Notandum tamen hic est differentiam jam traditam & desumptam à stipulatione, qua fidejussor à mandatore ac constitutore separatur, obtinere jure stricto, ut loquitur Hering. hic C. n. n. 1. & n. 76. seu jure ff. & C. Hodie vero, postquam nudo etiam pacto fidejuberi potest stipulationis solennibus usu sublatis. Hering. d. c. n. 82. Treutl. disp. 28. th. 4. litt. a, in fin. eam non amplius esse essentialem. Constitutum est quomodo debitorem se facere et alteri in se transferre obligati-

Tam differt mand. quod mandatum praesens fidejussor ex natura sui non semit obligatorum. Unde patet et hic §. 1. de manda. Acc. ob. §. 3. in p. h. t. quia antequam principalis solvit obligatus, nulla reuera est obligatio conditionalis oblig. De fidejussor, quod potest de se subrecepto solvatur, habet hinc independentem. non esse fidejussor l. 32. de re. judic.

*vel prole
est in
hoc est
fieri
et am
a fide.
iussor.
non
3. pr. ff.
aliam
constitui
quibus
quid de
Nep. l.
1. §. 5. de const. pac.
Non fit
in fidejussor
fidei. l. 42
videt
8. l. 6.
& Constit.
tunc
seu
in re pra
solvit
l. 1. de
const.
ped.
Fideiuss.
hic
civilis
Caus.
Nov. 4.*

(c) pr. in h. t. l. 1. §. 8. de O & A. & passim.
(d) Novatione enim prius debitum in aliam obligationem transfunditur. l. 1. de novat. l. 4. C. h. t.
(e) l. 5. l. 23. C. de fidejussor. Hinc patet Expromissorem à fidejussore differre. Qui enim dat Expromissorem omnino liberatur per novationem. l. 8. §. 2. de novat. l. 37. §. fin. de oper. libert. ubi fidejussori Expromissor hoc nomine opponitur Hering. h. c. 4. n. 22. & aliquot seqq. unde & hic in specie appellari solet reus. l. 7. §. 8. de dol. mal. l. 9. §. 3. de pign. action. l. 64. §. 4. sol. matr.

nam. Wesen. in parat. de con. pec.

Expromissor est qui se pro alteri obligatione principalis constituit. Hinc in l. 22. §. fin. de oper. libert. ubi dicitur: ubi fidejussori Expromissor hoc nomine opponitur.

Qui dat expromissorem plane liberatur: sed fidejussorem obligatus manet l. 53. de con. imp.

IV.

Fidejubere autem cum sit ex genere permissorum (a) consequens est, fidejubere posse omnes, qui non prohibentur. (b)

(a) Hoc satis demonstratum & probatum esse in th. 1. bujus disputationis arbitramur.

(b) Omnes regulariter fidejubere possunt, qui obligari. Wesenb.



in parat. de fidejussor. n. 3. tam patres, quam filijsfam: l. 10. §. 2. h. 7.
l. 8. C. eod. l. 3. §. 5. de pecul.

V.

Omnes autem qui fidejubere non possunt non uno eodemq; modo prohibentur. Quidam enim prohibentur NATURA: puta, Infans, (a) furiosus; (b) prodigus, (c) Mutus & Surdus, (d) Ebrius: (e) Quidam verò LEGE prohibentur; intellige; Pupillus (f) Servus (g) Miles (h) Mulier (i) Clericus. (k)

sed ubi contingit quod prodigus, m. s. s. n. a. h. r. a. prohibentur. Sed posset hic distinguere ab ipso natura: scilicet h. r. a. n. a. h. r. a. consentire possunt: labora tamen ipsa non possunt stipulari, nisi contrahere.

(a) Infantes sunt minores septem annis l. 18. pr. C. de jur. delib: neq; intellectum neq; consensum habent. §. 9. Inst. de inutil stipul. & etas eorum quid videat, ignorat. l. 1 circ. fin C. de fals. monet.

(b) Hic sive stipulatur sive promittit nihil agit. §. 8. Inst. de inutil stip. l. 1 §. 2. de O. & A. l. 70 §. 4. h. t. l. 5. de R. J. cum ipsius quoq; nullus sit consensus. l. 2. C. de contrah. empt. nulla voluntas. l. 40. de R. J. nulla certa vox. l. 7. pr. v. Qui enim C. ad Sc. Trebell. neq; sentire possit. l. 8 §. 2. de opt. legat. menteq; careat §. 1. Inst. Quib. non est perm. fac. testam. & affectu l. 1 §. 6. Ne vñ fiat ei qui in poss.

Ergo natura

(c) Cui bonis interdictum est l. 6. de V. O. l. 1. de Cur. furios da. vide Goed. de contrah. stipul. c. 7. n. 134. & seqq. Nulla enim ejus est voluntas l. 40. de R. J.

(d) l. 1 §. pen. & ult ff. de O. & A. l. 1 ff de V. O. §. 7. Inst. de inutil. stipul. Sive utroq; simul sive alterutro tantum laboret vitio. d. l. 1. §. ult. de O. & A. Hodie tamen stipulationum & pactorum jure, quoad effectum confuso, mutus rectè obligabitur scripturâ. VVesemb. ad §. 6. Inst. de inutil. stipul. Hering. h. c. 7. n. 149. Et de surdo quin idem judicium esse debeat, quis dubitet, ait Hering. d. 6. n. n. 154.

(e) qui scilicet summâ ac enormi ebrietate est obrutus. Is enim nescit, quid loquatur. Can. sane. 7. 15. q. 1. quia nulla in illo est ratio, nec ullam vitæ gerendæ rectum consilium. Gail. 2. observ. no. n. 24. Quippe ebrietas inducit mentis exilium. c. 14. extr. de vit. & honest. Cleric.

(f) sc. sine tutoris autoritate. §. 9. Inst. de inutil. stipul. l. 189.

pupillam intellige qui proximo est potestati: et qui non ita comparatur pupillo furioso ut infans. §. l. 1 §. 3. de acq. pos. in fin. h. m. l. 9. de acq. hered. l. 2. de r. fur. Et nota differentiam in all. g. de inat. p. p. Inst. traditum in. all. l. 1 §. 3. de acq. pos. de R. J.

in iure civili, penes quos eius rei potestas, sicut confirmata, disputatur, ita
et obligatio, quod revera fidei, respectu effectuum iure civili obligatorum ademptorum,
et quia ius civile eam
iustitiam, fuisse n
galy

de R. J. l. 5. & l. 9. de aut. tutor. l. 5. de R. J. Quod si tamen au-
tore tutore pupillus intercesserit, & inde rerum suarum pati depre-
hendatur detrimentum, restitutionis beneficio ipsi succurritur l. 2.
& l. 3. C. si tut. vel cur. interc. l. 7 §. 3. de minor. l. 48 §. 1. h. t.

Bach.
h. p.
901.

(g) nimirum si extra rem peculiarem ignorante domino fide-
jubeat l. 8 §. 2. qui satud. cog. l. 3. 19. 20 ff. de fidejussor. Et hic nec
ipse dominus ex servi intercessione obligatur l. 3 §. 5. & 6. l. 47 §. 7.
de pecul. Prohibitio vero illa cessat in nostris famulis & servis,
quorum sane longè alia & melior est conditio, quam illorum qui o-
lim apud Romanos & alias Gentes sub servitutis iugo vivebant.
vide quæ tradit Goed. de contrab. & com. stipul. c. 7. n. 76. & Speckh.
cen 3. cl. 1. q. 33. n. 7. notab. 4. & 5.

quia naturalem obli-
gationem, quia fidei-
jubeat, Substanti non
agnoscitur Cuiac. 8. 89
il. in hoc casu. quos lego
Julian. et Navolen
et re. de fidei-
j. d. all. Cuiac. m. p. 412.
Difert in hoc filitiam
facto videbat. Proventu
mi, qui ex istem causis
servit. p. h. valiter obli-
gari voluerint liquidam
de fidei-
12. 35.

(h) cum per l. 8 §. 1. qui satud. cog. ubi tamen in hac, & in aliis
duabus personis additur limitatio l. 31. C. locat. tùm per rationem
generalem in l. 15. C. de re militari. & l. un. C. Negotiat. ne Milit.
expressam. Goed. de contrab. stipul. c. 7. conclus. 17. n. 300. & seqq:
Hering: d. tr. c. 7. n. 160.

(i) idq; beneficio SCti Vellejani l. 1 §. 1. l. 2 §. 1. & passim t. t. ff.
& C. ad Sc. Vellej. l. 3. l. 48. ff. de fidejussor. Beneficium autem seu
Exceptio SCti illius in quibusdam casibus cessat. 1. Quando mul-
lier intercessit pro pretio libertatis dando domino manumittenti.
l. 24. C. ad Sc. Vellejan. 2. Quando dotem promisit seu pro ea
fidejussit l. fin. & l. 12. C. ad Sc. Vellej. 3. Si elapso biennio com-
putando à tempore fidejussionis, secundà sponfione priorem con-
firmet, & ita secundò fidejubeat l. 22. C. d. t. quod tamen limitatur
in casu, quando pro suo marito mulier intercedit Novell. 134. c. 8.
Auth. Si qua mulier C. d. t. 4. Quando pro intercessione pretium
accipit. l. 23. in pr. C. d. t. 5. Si decipiendi animo intercesserit.
l. 30. ff. & l. 18. C. eod. Infirmi tati enim fœminarum, non callidi-
tati succurritur, & jura deceptis non decipientibus opem ferunt l. 2.
§. 3. ff. d. t. Hinc quæstio sicuti non ignobilis, ita etiam non indu-
bitata oriri solet: Utrum fœmina extra iudicium SCto Vellejano
regulariter possit renuntiare, ita ut efficaciter obligetur? Discre-
pantes in hac quæstione DD. sunt sententiæ: Nos cum Wesen-
becio

Aliud in iudiciali
renuntiatione concedo
pro auctoritatem afor. in
et illis magistratib
quæ etiam non debet
Bach. vol. 1. pag. 944

becio in parat. ad Ss. Vollej. n. 9. illis suffragamur, qui negativam defendunt. *Bach. vol. 1. p. 943. l. E*

(k) Nov. 123. c. 6. c. ante quidem. 26. caus. II. quast. 1. c. 1. extr. de fidejussor. sed habet hæc traditio suas quoq; exceptiones & limitationes. Vide C. 2. & penult. ext. h. t. Hering. h. c. 7. n. 249. & mult. seqq. apud quem in jam d. cap. longus reperitur Catalogus eorum, qui non sunt idonei fidejussores, *jun. Speckh. d. q. 33. cent. 3. clas. 1.*

VI.

Objectum circa quod, sunt omnes obligationes: Fidejussores enim adhiberi possunt omni obligationi, sive verbis, sive literis, sive consensu contractæ, (a) tam præsentis quam futuræ, (b) tam principali quam accessoria, (c) & nihil refert, an naturali, (d) vel civili, (e) vel utroq; jure subsistat: (f) imo nec istam volumus excludi obligationem, quæ ex delicto srahit originem. (g)

(a) l. 1. l. 8 §. 1. & 6. ff. de fidejussor. §. 1. *Inst. eod. Treutl. vol. 2. disp. 28. th. 3. litt. a.*

(b) §. 3. *Inst. de fidejussor. l. 50. ff. de pecul. l. 6 §. 2. ff. h. t.*

(c) sicut in fidejussore fidejussoris. l. 8 §. fin. l. 27 §. fin. ff. de fidejussor. Hunc nostri appellant Rück Bürgen. Quidam etiam Schadlos Bürgen eum dicunt quos inter sunt *Gail. 2. observ. 27. n. 13. & Schneid. §. 1. n. 6. Inst. h. t.* Non quidem omninò malè sed tamen hic in speciali sua significatione ab illo differt. *Hering. c. 4. n. 62. Bach. ad Treutl. vol. 2. disp. 28. th. 3. litt. e.*

(d) l. 7. l. 16 ff. de fidejussor. & mandator. §. 1. *Inst. eod.* Pro naturaliter obligato fidejussor intercedit, quando aliquis V. G. pro servo, pro pupillo sine autoritate tutoris contrahente fidem suam interponit. Et hic non tantum naturaliter, sicut ille, pro quo intercedit, sed naturaliter & civiliter simul obligatur *Schneid. hic ad §. 1. n. 2. Bach. hic pag. 915 in fin.*

(e) d. §. 1. *Inst. de fidejussor. l. 16 §. 3. ff. eod. Bach. hic pag. 920*

(f) Si enim fidejussor potest intervenire vel pro naturaliter vel pro civiliter obligato, multo magis pro naturaliter & civiliter simul obligato.

Bach. vol. 1. p. 923
Obstat Bürgen & in
soene, qui indemnitate
promittit: h. e. in quantum
la res principali cogendi
non potest. De tali pign.
in l. ult. p. De reb. Ed.
l. 116. de h. ob. l. 21 de Joh.
l. 92. p. h. t.

Naturaliter Pupillum
obligari potest et l. 1.
de Novat. l. 95. §. 2. de
Joh. l. 21. ad l. falcid.
licet favore pupilli
obligatio sit, sed ad
piam personam, a fine
civili licet sit, estimatur
ademptis, effectibus qui
aliis naturaliter obli-
gationem inferunt,
interfit, ut pro non obli-
gato pupillo habeat l. 99
de h. ob. l. 41. de Nov. indeb.

De hoc solus pupilli favore ita constitutum est
Si ergo de pign. ayat, cui iura volunt consuetudinem, habent quæsi pro obligato
pupilli habent, et sic accessoria obligatio, quæ sine principali aliquid esse nequit
habet, ut hic fit in pupillo lit. §. 5.
Naturalis oblig. effectus vid. ap. Bach. pag. 915 vol. 1.

obligato. Ideoq; de eo non esse dubium ait *Schneid. ad §. 1. n. 2. Instit. de fidejussor.*

(g) Et licet vulgò dicatur maleficiorum fidejussorem accipi non posse, tamen hæc regula vulgaris interdum suum perdit officium. Actio namq; si ex delicto civilis oriatur, tum utiq; fidejussor admittitur *l. 8. §. 5. h. t. E. G.* Si furtum committeretur, is cui furtum factum est, pro furti actione *l. 56. §. ult. h. t.* seu in pœnam furti *l. 70. §. fin. eod.* fidejussorem accipere potest. Item Si quis in *l. Aquilam* commiserit, pro eo fidejussor quoq; rectè admittitur *d. l. 56. §. ultim.* Si ergo quæritur: An in criminalibus fidejussor rectè interveniat? Distinctione rem expediendam esse arbitramur. Aut enim delictum pecuniariam saltem pœnam meretur, & admittuntur fidejussores *l. 4. de custodi. & exhib. reor.* aut pœna corporalis infligenda est. Et hic planè non admittitur fidejussor de judicato solvendo, h. e. qui suscipiat in se pœnam delicti *l. 3. de custodi. & exhib. reor.* Peccata enim suos teneant autores *l. 22. C. de pœn.* Et nemo ad corporalem pœnam, qua reus ipse affligendus est, se potest obligare: quia dominus membrorum suorum non videtur *l. 13. pr. ad l. Aquil.* An verò hoc in casu de sistendo in judicio recipi possit fidejussor, judicis arbitrio relinquendum esse statuimus per *l. 1. 2. & 3. de custodi. & exhib. reor. Cæd. de contrah. stipul. cap. 6. n. 416. Speckh. cen. 3. clas. 2. q. 15. n. 4. in fin.*

VII.

Ex prædictis igitur facile concludendum, quod ferè in omnibus obligationibus, sive ex contractu, sive ex delicto ortis fidejussores intervenire possint, sive principalis sit obligatus naturaliter, sive civiliter. Excipiuntur tamen nonnullæ, in quibus fidejussor non accipitur, puta in obligatione, quæ pater filio vel Dominus servo obligatur, (a) item pro dote restituenda maritus constante matrimonio fidejussorem dare non tenetur, (b) nec rei turpi aut maleficio, (c) nec contractui

B

contractui

*Et iudex hic dicitur
vel i. pœnam debet
an aliter sit, & pœna
tionem delicti, an sit
sit notorium. Et in his
delict. casib. non facile
admittit fidejussor
& pœnam persone
an sit. Quod si
ergo delictum non pœnam
sit aliter, si vel debeat
adhuc pot. persona sit
non sit. Et in his
casib. pot. admitti
fidejussor a iudice*

*Latè est si verificato
illa propositio. Contra obli-
gationem accedit fidejussor
per iur. obligationem. Cuius
est naturalis, in obli. ex
re et verbis, et in obli.
harum singulis speciebus
obli. non ab alio, alio
explicite*

tractui ipso jure invalido, (d) aut impossibili, (e) fidejussor accedere potest,

(a) l. 56. §. 1. ff. de fidejussor.

Boul. vol. 2. de 7. pag. 392.

(b) t. t. C. Ne fidejuss. vel mand. dot. dent. Turpe enim esse videtur uxori, plus credere extraneo, quam marito, cui se suamq; vitam committit. arg. l. ult. d. p. Quæritur autem hic, quid statuendum, si pro dote ^{vel potius re restituenda} sponte à marito, præsertim ad inopiam inclinante, mulieri fidejussor offeratur, an sit admittendus. Nos cum Cujac: in paratit. C. Ne fid. dot. dent. ⁵²⁰ Coad. de contrah. stipul. c. 6. n. 360. & seqq. Anton: Hering. de fidejussor. c. 6. n. 156. & seqq. negativæ subscribimus per Rubr. & LL. subjectas C. d. t. jun. l. 1. C. Theod. de fidejuss. dot. ^{ubi dicit omnium propter vel fidejussorum deinceps in cavendo dote legatione promissiones absolvi.}

Nemo ad id cog. fideiuss. non est. quod in iure ad istud non grave turpitudinem sed et famosum esse pene habet. l. 17. de test. l. 1. de obsequiis velle presumpit. Et si faceret. eluderet facile constituti. quia mulieres dicuntur esse sibi proxi a marito esse dicitur. l. 1. de test. c. 1. contra magis & excipit. Se velle ad fideiussor duntaxat ab ista esse constitutum. Vocab. exigendi nihil importat si quia ex cap. omne p. in omnis fideiussor intelligit episi.

(c) de hoc in pos. præced. lit. g. ex l. 56. §. ult. & l. 70. §. ult. ff. de fidejussor. & mandat. dictum est. Naturâ enim prohibentur, quæ in se turpitudinem continent. Wesenbec. in parat. de pact. n. 6. in fin. l. generaliter 26. ibiq; DD. de V. O. jun. l. 15. in fin. de condit. Instit.

(d) arg. l. 7. §. 16. de pact. l. 5. C. de LL. l. 16. ff. h. t. Estq; ratio: quia fidejussoris obligatio accessio est principalis obligationis. §. 5. Inst. h. t. jun prin. Inst. eod ubi ait Imp. Pro eo, qui promissit, solent alii obligari, qui fidejussores appellantur. Cum ergo hac in specie principalis neq; civiliter, neq; naturaliter obligetur; sequitur, nec fidejussorem obligari l. 16. pr. h. t. Schneid. ad §. in omnibus 11. Inst. de fidejussor. n. 13. Quando enim principalis causa non consistit, plerumq; ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. l. 178. de R. J.

(e) Id affirmat l. 29. ff. de fidejussor. Nec ipse quoq; principalis in hoc casu tenetur. Impossibile enim nulla est obligatio l. 135. l. 188. de R. J. l. 4. l. 83. §. 5. v. Et ea. de V. O. Et hoc adeo verum est, ut adjectio impossibilis rescindat contractum. l. 9. §. 6. de Reb. Cred. l. 31. de O. & A. §. 10. Inst. de inutil. stipul.

Forma

VIII.

Forma fidejubendi consistit tum in ipsa stipulatione, (a) tum in proportione cum obligatione principali. (b)

(a) *l. 12. C. de fidejussor.* Inde necessariò requiritur, ut interrogati præsentes respondeant *l. 1. pr. & § 1 de V. O. jun. l. 32. vers. neq; enim ff. mand. §. 11. Inst. de inutil. stipul. l. 3. C. eod.* Nihil autem interest, quacumq; linguâ fidejubeatur, modò alter alterum intelligat. *§. pen. Inst. de fidejuss. l. 10. C. de contrah. stipul.* quod & per interpretem posse perfici putamus *l. 1. §. fin. de V. O. Treutl. vol. 2. disp. 28. th. 4 litt. 4.* Hodie etiam per Epistolam fidejussio fieri potest inter absentes. Id quod communi quasi Germaniæ practicâ, & stylo receptum esse dicit *Hering. de fidejussor. cap. 11. n. 82.*

(b) Ut scilicet non in aliam rem, quam quæ credita est *l. 42. l. 70. § 2. h. t. neq; in durio-rem causam quam ipse principalis l. 8. § 7. 8. & 9. l. 34. ff. § 5. Inst. h. t. fidejussor obligetur.* In durio-rem autem causam accipi, seu plus debere quis dicitur quatuor modis *§. 33. Instit. de Actionib.* 1. Ratione rei, seu summæ in obligationem deductæ: veluti, si creditor pro decem aureis, qui ei debebantur, à fidejussore viginti stipulatus sit. 2. Ratione loci: ut si reum purè interrogavero, & fidejussorem cum adjectione loci accepero *l. 16. §. 1. h. t.* Hic enim durior aliquatenus fit fidejussoris conditio, quam si purè promississet. Nullo enim loco alio, quam in quem promissit, solvere invito stipulatore potest *d. l. 16 §. 1. h. t. jun. l. 9. C. de solut. l. 9. Quod cert. loc.* Citra tamen illum respectum levius obligatus hic fidejussor videri posset, quatenus utilitas loci consideratur, in quo forsan facilius ipsi esset solutio. Unde Creditor alio loco petens plus petere dicitur: quoniam loci utilitatem adimit debitori *d. §. 33. vers. loco plus. Inst. de actionib. l. 2 §. 2. de eo quod cert. loc.* 3. Ratione temporis fidejussor in plus obligatur, quando debitum prius se soluturum promittit, quam ab ipso principali debitore peti possit, ut constat *ex §. 5. Inst. h. t. & l. 49. §. 2. ff. eod.* vel quando fidem interponit purè pro reo, qui sub d. vel conditione debebat *§. 5. vers. Item si ille. Inst. h. t. l. 8. § 7. in*

fin. l. 70. § 1. in fin. ff. eod. 4. Ratione causæ (causam vocat Justin. in Inst. d. §. 33. de Act. v. huic autem Paulus modum l. 44 §. 3. de Ob. & Ac.) V. G. Principalis alternativè hominem aut decem debet, fidejussor verò vel hominem tantum, vel decem tantum ademptâ electionis facultate promittit, & ita se obligat ad solvendum, utrum ex illis velit creditor l. 8. §. 9. h. t. jun. §. 33. Inst. de Action: Uti autem electio illa fidejussori præclusa facit ejus conditionem duriores, ut non obligetur: Sic quoq; in eo casu fidejussor, quando reus principalis promittit mihi, aut Titio; ille vero mihi soli, obligari negatur; propterea, quod in deteriore causam acceptus est, l. 34 h. t. Hic quæri potest: An fidejussore in majorem summam, quam reus ipse promittit, accepto, fidejussio subsistat saltem pro parte concurrente, vel an omninò corruat? Ad hanc q. respondemus cum Ulp. in l. 8. §. 7. h. t. fidejussores, qui in duriores causam sunt adhibiti, omninò non obligari V. G. Principalis debet 100 fidejussor rogatur, ut ducenta fide sua esse jubeat: si ea promittat, tota corruet obligatio fidejussoria, per tex. jam alt. *Contrarius si fidejussor rogatus de eadem summa loco reus, quam promittit principalis, et responderit, tenetur obligari corruat in eo.*

F. hic pag. 922 leg. Cum hodie est un nullo puto fidejussore contra m. h. dixi debet h. i. refer constitutum est fidejussorem

IX. Diximus in antecedente positione, quod fidejussor ad aliud, & durius quàm ipse principalis obligari non possit. Sciendum tamen est, quod efficacius quam ipse principalis, (a) sicuti quoq; levius (b) possit obligari.

(a) Hujus habemus exemplum in eo, qui accedit obligationi vel naturali vel civili. Hic enim tam efficaciter obligatur, quam si ipse principalis & naturaliter & civiliter simul fuisset obligatus l. Marcellus 25 jun. l. 35. h. t. l. 2. C. de fidejuss. minor. Tum quoq; arctius obligat se fidejussor per Instrumentum Guarentigiarum, ex quo contra ipsam viâ executivâ potest procedi, absq; alio judiciali processu: cum reus ordinariâ sit conveniendus actione, & ita non tam strictè sit obligatus, quam fidejussor. Dicitur hoc Instrumentum à firmitate, siquidem, firmitas est Guarentigia Lombardis: firmare Guarentigiare, ut post alios notat C. Co-

lerus

3

lerus in tract. de process. execut. p. 7. c. 3. n. 19. & ex eo. Treutl. diff. 28. th. 4. lit. f. prin. Item adjectione alicujus pœnæ vel facti. gl. in l. sicut reus principalis 65. ff. de fidejussor. VVesenb. hic. n. 5. Poena tamen pecuniaria sit, nec ad corporalem extendatur arg. l. 13. ad L. Aquil. VVesenb. hic. n. 4. unde fidejussor se neq; ad torturam, (corporis enim dolorem continet l. 15. §. 41. de injuriis) neq; ad carceres obligare potest.

(b) Intellige in partem pecuniæ leviolem aut minorem, aut sub conditione §. 5. Instit. de fidejussor. l. fidejussor. 9 l. Grace. 8. §. 7. & 11. l. 34. l. 70. §. 2. ff. de fidejussor. & mandator. VVesenb. in parat. de fidejussor. n. 5. Ratio hæc videtur esse: quia cum levius obligatur, subest certè obligatio, cui accedit; quod non item, cum ad durius sese obligat VVesenb. in parat. de fidejussor. n. 5.

X.

Omnia hæc quæ in præcedentibus positionibus sunt dicta, si accuratè in fidejubendo considerentur & observentur, nullum est dubium, quin fidejussio finem & effectum suum obtineat. Finis principalis hic est, ut creditori tutius caveatur. (a) Effectus, ut fidejussor peræquè ac principalis ad id quod tempore fidejussio- nis in obligatione fuit, (b) obligetur. (c)

(a) princ. Inst. h. t. arg. l. 7. C. Locat. VVesenb. in parat. de fidejuss. n. 6.

(b) siue fors sit siue usura. l. 8. C. Quod cum eo qui in alien. pot. l. 10. C. h. t. l. 5. C. de pact. int. Emp. Idq; in casu hoc, si expressè pro usuris, vel etiam si in omnem causam aut eventum fidem suam adstrinxit, per se liquet l. 54. princ. ff. locat. d. l. 5. in fin. C. de pac. int. empt. & vend. Quemadmodum è contrario si in certam summam fidem interposuit, ultra quam obligare se nolit, non minus manifestum est, eum in usuras non teneri, l. 68. §. 1. h. t. Limitata enim causa limitatum producit effectum. Sed quæritur, si fidejussor simpliciter nullà expressà summâ interverit, an tum

Bach. vol. 1.
p. 99.

Sunt quædam actiones,
quæ arbitrarie etiam
sunt comprehenduntur.
Sunt enim natura
sunt stricti iuris
actiones 28. ff. de
act. l. 3. §. 1. in hoc ab.
ff. Commod. l. 1. et 2.
§. nec autem et seq.
de eo quod cert. l. 1.
§. 1. et accipiuntur
de solum vel contum.
maxiam rei aliamve
causam ex arbitrio ju-
dici in qd sit contumacia
tra negotiorum iudici
expicit videbitur. Perse
tamen stricti iuris ma-
nent, sed non in qd
exceptionum a iure
neglectum iudex
stipulat. l. 1. et de
Bach. in rem act.
Sunt tamen in bon.
act. stricti iuris sicut
contum. l. 1. et de
l. 84 §. 1. in iur. de
lega. 1.

mora rei principalis augeat ejus obligationem, ut ad præstandas usuras & interesse teneatur? Distinctio nobis placet eorum, qui dicunt, aliud esse in b. f. judicijs, aliud in stricti juris, atq; arbitrarijs statuendum. In illis teneri fidejussorem ex mora principalis asserunt, in his vero non, per l. 8. de eo quod cert. loc. Ratio datur diversitatis, quod in prioribus secundum naturam actionis debeantur accessiones & usurae l. 32. §. 2. de usur. l. 13. C. eod. l. 25. §. 1. & l. 28. in fin. ff. deposit. ita ut ex officio iudicis applicentur l. 54. pr. ff. locat. quod officium tantum in bon. jud. valet, quantum in stipulatione nominatim ejus rei facta interrogatio l. 7. de Negot. gest. In posterioribus autem nempe stricti juris & arbitrarijs judicijs nihil venit, nisi quod expressè dictum est. l. 99. l. 126. §. 2. in fin. de V. O. Uterius hinc quæritur, an mora principalis noceat etiam fidejussori extra augmentum obligationis? Et moram illius nocere huic ad perpetuandam seu continuandam fidejussoriam obligationem, quæ aliàs, morâ à principali non commissâ, rei interitu expirasset, affirmamus per l. 58. §. 1. h. t. quo sensu accipiuntur l. 88. de V. O. l. 24. §. 1. de usur & similes. Quod autem ex propria mora fidejussor conveniri possit, patet ex l. 49. pr. l. 88. in fin. & l. 127. de V. O. cum supra cuiq; mora noceat l. 137. §. 2. de R. Jur. C. mora 25. de R. Jur. in 619.

(c) Cum fidejussio sit principalis obligationis accessio §. 1. Inst. de fidejussor. & sequela. l. 5 §. 10. de Inst. actio. efficit fidejussorem ex sua promissione æquè obligatum ac principalem; unde rei locum obtinere dicitur l. 4. §. 1. de fidejussor. Eoq; mortuo ipsius heredes sunt obstricti, cum propter textum in §. 2. Instit. h. t. leg. 4. ff. l. 24. C. eod. tum propter illam generalem rationem, quod obligationes & actiones ex contractibus descendentes transeant in heredes l. 49. de Obl. & Actio. l. un. C. ut act. & ab hered. & cont. hered. inci. l. 13. C. de contrah. stipulat. Ita ut etiam in solidum teneantur leg. 152 §. ult. de R. J. quamvis ipsorum in obligatione non sit facta mentio. d. l. 13. C. de contrah. stipul. Quod tamen non procedit, si vel consuetudo contraria alicubi sit recepta vide Herring. cap. 20 §. 10. n. 80. vel heredes expressè in instrumento sint excepti;

Bach. 942

excepti, hic enim inspicienda sunt verba *arg. l. 126 §. 2. in fin. de*
conventio cum aliquo facta alteri noceat, contra l. 27 §. 4. in fin. de
pac. Præterea hic effectus obligationis fidejussoriæ tantus est, ut,
 etiam si plures sint fidejussores, singuli in solidum obligentur, &
 conveniri possint §. 4. *Inst. hic*; sive hoc in Instrumento obligatio-
 nis sit expressum, sive non *l. 3. C. h. r.* Inde liberum est creditori, à
 quo velit solidum petere *d. §. 4. Inst. hic.*

XI.

Quum autem fidejussores sint homines quam be-
 nigni & benefici (ut satis superq; ex supra dictis con-
 stat) ipsa æquitas suasit & flagitavit, ut istiusmodi ho-
 minibus quædam à jure indulgerentur remedia, qui-
 bus juris rigor temperaretur, ne illi nimis strictè ur-
 gerentur. (a) Solent autem vulgò recenseri tria bene-
 ficia, quibus fidejussores gaudent. Primum dicitur
 beneficium excussionis, (b) quod etiam Exceptio, seu
 beneficium ordinis appellatur. Hoc beneficio fide-
 jussor, quando ante principalem convenitur, adversus
 creditorem agentem se rueri potest, ut ante principa-
 lem conveniri nequeat. (c)

(a) Nemini enim suum officium sit damnosum *l. 61. §. 1. de furt. l. 7. Test. quemad. aper.*

(b) dicitur excussionis à verbo excutere Ex cutere enim
 aliquem, seu facultates alicujus, præter alia significat bona ipsius
 discutere, & inquirere, an sit solvendo, nec ne. *arg. l. 1. §. 9. de ma-
 gist. conv. l. 2. in fin. si qui omis. caus. test. l. 1. C. de revoc. lit. que in
 fraud. credit. unde dicitur ab Ulpian: in l. 42. ff. mandat. excutere
 vires hereditatis.*

(c) Jure antiquo liberum fuit creditori post moram debi-
 toris relicto reo, fidejussorem eligere & convenire *l. 2. §. 19. C. h. r.*
Cajus in fragm. 2. tit. 9. §. 2. circa fin. Illud autem posterioribus
 temporibus satis durum & asperum fuit visum, quare mutatum &

*Ad mediam Jurispru-
 dentiam hoc referunt,
 Quia videtur
 Antiquiori enim non
 potuisse conveniri fi-
 dejussorem ante reum
 principalem, ut notat
 Cuiac. Nov. q. Et hoc
 Jus vult redire Jus in.
 Barb. hic pag. 909. in
 fin.*

fancitum est, ut ante omnia reus principalis excutatur & conveniatur Novell. 4. c. 1. Auth. presente C. de fidejussor. Si ergo id non fiat, fidejussor hoc beneficio se tueri potest. Quod tamen non facit, ut ipso jure tutus sit: sed ut ope exceptionis defendatur. Et hæc Exceptio opponi debet ante litem contestatam, VVesenb. in parat. hic. num. 6. Schneid. ad §. 4. n. 14. Inst. h. t. & alii. quoniam revera non concernit merita causæ, sed potius processum. Et fidejussor hujus objectione non simpliciter negat se debere, sed interim dum reus principalis excutitur; quo magis differt quam perimit judicium: licet ex accidenti fieri possit peremptoria hæc exceptio, si nimirum deprehendatur, reum principalem esse solvendo, seu parem debito. Ex quo fundamento statuit Goed. de contrah. stipul. cap. 9. n. 103. etiam post litem contestatam eam objici posse.

XII.

Interdum tamen huic exceptioni locus non datur; puta si quis negat se fidejussisse, si quis pro debitore, naturaliter obligato intervenit, si novandi animo principalem obligationem in se transfudit, quando reus principalis tempore solutioni destinato est absens, si notoria est & manifesta principalis inopia, si quis huic beneficio renuntiaverit. (a)

(a) Hos & multos alios casus, qui beneficium ordinis cessare faciunt, videre licet apud Coler: in process: Exec. par. 1. c. 10. num: 333 usq; ad n. 360. Hering: de fidejussor: c. 27. par. 1. num: 186. & seq. Gail: 2. observ: 27 n. 14. & seqq: Schn: ad §. Si plures. 4. n. 3. & seq. Inst: h. t. Circa ultimum autem investigandum est, quomodo renunciatio illa fieri debeat, an sufficiat generalis, an vero specialis requiratur? Prius nobis videtur verius, cum tantum operetur dispositio generalis quoad omnia, quæ sub genere comprehenduntur, quantum specialis quoad species. arg: l. 51. in fin. de admin. tut. l. 39. pr. de legat: 3. Si ergo fidejussor aut omni legum auxilio, aut omnibus beneficijs fidejussorijs renuntiaverit, exclusus quoq; erit ab excussionis beneficio. De speciali renunciatione non est dubium, cum

Et qui iam in se jusse
pit litem nisi in hoc erro
mistendat, dix poterit
remittere ad debitorem
ad reum principalem.
Bach. hic. pag. 947. prin.
et pag. 746. aut. Et
exceptiones dilatorias
quæ concernunt processum
ante litem contestatam
objiciendas et dilatorias
esse

Vid. Bach. hic. pag. 948

Et ipse enim videtur renun
ciare beneficijs fidejussorijs
dum tollit et in hac obligatione
fidejussoriam nullam legem
facit

cum quilibet his, quæ pro se introducta sunt, liceat renunciare
l pen. C. de pact. Quæritur quoq; quid statuendum quando quis
se obligavit ut reum principalem, vulgò Selbschuldener/ an ille
adhuc gaudeat beneficio excussionis? Pro utraq; parte pugnant
& rationes & autoritates satis graves: Nos cum clariss. Cothm.

Verba non contra leges
neq; contra reposita con-
tradi naturam explicant
et operari debent. Et si
proprietate et natura fin
contra negotii contracti ad-
dunt et per se non operant
Verba in se sunt valida
Bach. hic p. 951. et p. 952.

Heim. 4.
27. n. 82
pa. 1.

Vol. 1. Consil. 22. Conf. 76. & 77. affirmativam amplectimur. *Bach. hic p. 951. et p. 952.*
Hic est fiduciario contractu sive naturam aut initium sive rationem et causam contractus indicatis. Ita
ita obligatio contrahitur, ut debitor principalis promittat se soluturum et nisi id fiat fiduciario velut pater
pater debitor ad solvendum
cum se obligavit.

XIII.

Alterum beneficium quod dicitur Divi Hadria-
ni (a) seu divisionis, (b) est ex quo is, qui de pluri-
bus fidejussoribus solus convenitur (c) ante senten-
tiam (d) petere potest, ut creditor compellatur actio-
nem dividere, & à quolibet fidejussore partem ratam
petere. (e)

Et hic dispar ratio est
hæc cum præced. bene-
ficio: quia per illam (vid.
Excussionis benef. de
clinat. fidejuss. potest
iudicium per actorem h
tantum peti, et actio
dividat

(a) Dicitur beneficium Div. Hadriani; quia Imperator
Hadrianus illud introduxit §. 4. Inst. h. t. l. 26. ff. eod. l. ult. C. de
constit. pecun. Idem tamen in l. 49. §. 1. in fin. tribuitur Divo
Pio. Unde Cujac. in illa quest. Papin. lib. 27. statuit, Antonium
Pium, dictum à patre Adoptivo, etiam Hadrianum, hujus bene-
ficii autorem esse. Sed sit ut sit, origo ejus adscribitur in supra dict.
locu Hadriano, qui æquitate commotus hoc modo creditoribus
succurrere voluit. Durum enim sine dubio ipsi visum, si plures
fidejussores pro uno eodemq; debito intervenissent, eos singulos
in solidum obligari, & conveniri posse.

Verba ejus sunt: Obser-
vandum est quod in l. ult. de
Hadrian. h. t. l. 26. Pio hoc
ero loco fore agitur. Ex
quo apparet, illud Episto-
lam non esse Hadriani
1. sed D. Pii, quem Hadria-
nus adoptaverat. pag. m. 87

(b) Divisionis dicitur à fine & effectu, qui hic est, ut cre-
ditor cogatur dividere actionem inter fidejussores §. 4. Inst. & l.
51. ff. de fidejussor. & quilibet fidejussorum virilem tantum par-
tem solvat. dd. ll.

(c) Hoc beneficio fidejussor tantum juvatur ope exce-
ptionis. l. 26. 28. ff. de fidejussor: quâ omisâ, solutum fidejussor
non repetit d. l. 49. §. 1. ff. d. t.

(d) Si quis hanc exceptionem velit opponere, opponat
necesse est ante sententiam. l. 10. C. de fidejussor.

Bach. hic pag. 959.

(e) Hunc autem effectum ista exceptio ut obtineat, non
suffi-

C

fufficit, ut plures sint fidejuffores, & unus ex ijs in solidum conveniatur, sed ulterius quoq; requiritur. 1. ut Confidejuffores tempore litis contestatae sint solvendo § *Si plures*, 4. *Inst. de fidejuffor.* l. 26 § 1. & 4. ff. *de fidejuffor.* Ideoq; si quis ex fidejufforibus eo tempore solvendo non sit, hoc caeteros onerat, d. § 4. l. 26 h. t. Contra non pertinet ad opus reliquorum, quod actione divisa post litem contestatam unus desijt esse solvendo, l. 51 § 4. ff. *de fidejuffor.* 2. ut pro uno debitore fidem suam interposuerint, *arg. b. 43. de fidejuffor.* 3. ut pro una & eadem summa fidejufficiat, *Schn. in § si plures. n. 19. Inst. de fidejuff.*

XIV.

Hoc beneficium divisionis quoq; aliquando nullius est momenti. 1. Si justo & legitimo tempore, non opponitur (a). 2. Si is qui divisionem petit, se fidejussisse inficiatus fuerit (b). 3. Si solidum ab uno sit solutum (c). 4. Si ab initio placuerit ut fidejuffores in solidum, aut in partes viriles teneantur (d). 5. Si quis cum muliere pro alio simul fidejussit (e). 6. Si Majorannis fidejussit pro aliquo debito, pro quo postea etiam intercessit minor 25. an. (f) 7. Si ex causa tutelae adversus tutoris fidejuffores agatur ab ipso pupillo (g). 8. Si fidejuffores renunciaverint huic beneficio (h).

(a) De hoc fuit dictum in *th. preced. sub litt. d.*

(b) l. 10 § 1. *de fidejuffor.*

(c) l. 49 § 1. *de fidejuffor.* § 4. *vers. sed si ab uno. Inst. eod.*

l. 11. C. *hic* Neq; is, qui non opposita hac exceptione divisionis, vel opposita quidem sed sine effectu, propter inopiam Confidejufforis, totum debitum solvit, potest repetere, quod suam portionem excedit d. § 4. *Inst.* & l. 49. § 1. ff. *h. t.* neq; à Creditore, neq; à Confidejuffore l. 39 ff. *h. t.* l. 11. C. *eod.* *Schneid. § 4. n. 22. Inst. h. t.* sed cum durum nimis esse videretur, non succurri fidejuffori solventi pro fidejuffore inopi, si ille ad pinguiores fortunam

nam

nam perveniat : ideoq; tertium beneficium fidejussoribus à jure
concessum est. De quo in *th. seq.*

(d) tum enim non nisi in partes viriles convenientur, neq;
opus habebunt ope Exceptionis divisionis *l. 51. pr. h. t.*

(e) *l. 48. ff. de fidejussor.*

(f) Hic minor subducitur per restitutionem in integrum, *Bach. tit. p. 960*
major tenetur in solidum *d. l. 48. § 1. ff. h. t. Ciac. io obs. 23.*

(g) *l. ult. Rem pupill. vel Adolesc. sal. Cujac. tract. 7. ad Afr.*
ad l. 37. de usufr. Hering. pag. 612. n. 51. et seq.

(b) Quod enim quis juri pro se introducto renunciare pos-
sit, satis perspicue nobis demonstrant *l. 51. C. de Episc. & Cleric.*
l. 29. C. de pact. l. 46. ff. eod. Plura de casibus, in quibus cessat hoc
beneficium, vide apud *Hering: hic. cap. 27. par. 2. a. num. 50. uq;*
ad fin. cap. Schn: ad § 4. n. 20.

XV.

Tertium beneficium, quod dicitur Exceptio ceden-
darum actionum, est quo fidejussor (a) si solus ex plu-
ribus conveniatur, ut solvat, ante solutionem (b) vel
in ipsa (c) creditorem compellere potest, ut sibi, si ve-
lit totum consequi, actiones cedat, (d) ad hoc ut ha-
beat regressum adversus debitorem principalem (e)
& suos confidejssores (f).

(a) Fidejussor autem, si hoc beneficio uti fruiq; velit, ne-
cesse est, ut solidum solvere paratus *l. 10. l. 17. h. t. vel condemna-*
tus sit l. 41 § 1. eod. Et sic potest post sententiam exceptio hae opponi d. l. 41. § 1.

(b) Post solutionem enim non potest fidejussor petere, ut
sibi cedantur actiones, (nisi solutio facta sit sub conditione & mo-
do hoc, ut cedantur actiones, vel pactum solutioni sit adjectum de
cedendis actionibus, quo referri potest *l. 36. ff. h. t. vid. Gued. de*
con. sti. c. 9 n. 122. & 123. Bach. ad Tr. th. 6. litt. B. § 98. quia nulla ob-
ligatio & actio creditorum contra confidejssores superest, cum per
solutionem omnis tollatur obligatio, & actio. *pr. Inst. Quib. mod.*
sol. obl. l. 76 ff. de solut.

(c) *VVesenb. in parat. n. 6. hic.* Si ergo solutio dissoluta

fuerint actiones, inquit *Gaed. d. c. 9. n. 117.* nihilq; conventum de ijs cedendis dum adhuc competebant, frustra ceduntur postea, quando jam solutione sunt sublatae. *jun. VVesenh. d. loc.*

(d) *l. 17. l. 36 ff. h. t. l. 2 l. 11. & 21. C. eod.* Si ergo Creditor cedere nolit actiones, præter virilem portionem ut solvat, fidejussor compelli nequit. Quod si Creditor ulterius agere pergat, exceptione doli repelli potest *arg. l. 1. §. 1. de dol. except. Treatl. hic. th. 6. lit. a. ibiq; Bach.* quia dolo facit creditor, qui debitum poscit, & tamen non vult cedere actionem, per quam extra damnum fidejussor constituatur.

(e) Cessis actionibus fidejussor tanquam principalis Creditor adversus debitorem principalem agere potest, *arg. l. 36. ff. de fidejussor.* in tantum ut etiam pignus, quod debitor Creditori pro eodem debito, pro quo fidejussit, dederat, persequi possit translato in se pignoris jure *l. 2. n. 14. 21. C. de fidejussor.*

(f) Cum enim fidejussor nullam habeat actionem contra Confidejssores, quia nulla inter eos est obligatio, idcirco fidejussor totum solvens actiones à Creditore sibi cedi petat, necesse est, si id quod suam partem excedit, à Confidejssoribus repetere velit *l. 17. l. 39 ff. h. t. l. 11. C. eod.* Cessione a. hac factâ cæteri Confidejssores ei, qui solvit non in solidum totius debiti, pro quo omnes fidejusserunt, sed residui tantum nomine, detractâ primi solventis portione, tenentur, ita ut & is, qui solvit, suam partem præstare cogatur *arg. l. 38. §. ult. de admin. & peric. tutor.* Ratione enim illius partis expiravit obligatio; ergo nec ejus respectu cedi à principali amplius potuit actio: quia in perpetuum sublata obligatio restitui non potest *l. 98. §. 8. de solut.* Et ejus, quod quis proprium debitum agnoscendo solvit, adversus aliam actionem cedendam non esse ait *Hering. hic. c. 27. par. 3. n. 29. Coler. de process. execut. par. 2. c. 2 n. 11. & seqq.* Tum etiam, si prius solvens uti velit cessâ actione contra Confidejssorum unum, & ipsi iterum solventi cedere easdem oportet: hac tamen conditione ut fidejussor solvens semper suam portionem deducat. *Hering. d. loc.* Quod si unus ex Confidejssoribus non sit solvendo, ejus portionem & is, cui solventi actio cessâ est,

est, una cum cæteris sustineat. *l. 26. in fin. h. t. Coler. d. c. 2. n. 26. & seqq.*

XVI.

Etsi quidem, si fidejussor solvens hanc exceptionem cedendarum actionum non opponit, ipsi contra confidejssores suos nulla competat actio (a), adversus debitorem tamen principalem contrariam habet mandati actionem (b) aut negotiorum gestorum. (c)

Bach l. c. p. 967. et seq.

(a) *Vide th. antecedentem litt. f.*

(b) § 6. *Inst. de fidejussor.* § 4. *Inst. de Replicat. l. 4. ff. l. 14. C. h. t. si videlicet ex mandato expressio debitoris l. 6 §. 2. ff mand. vel eo præsentate & non reculante l. 23. ff. d. t. intercesserit.* Non autem fidejussori datur actio ex fidejussione antequam exsolvat, nisi aliter conventum sit, aut debitor bona dilapidare cœperit, aut ipse fidejussor condemnatus sit *l. si pro ea 10. C. mandat. c. ult. Extr. de fidejuss.* aut diu in obligatione steterit *l. Lucius. 38. §. 1. ff. mandat. quam diuturnitatem judicis arbitrio æstimandam putamus arg l. 1. §. fin de jur. delib. cum Gail. 2. observ. 29. n. 6. apud quem in all. obs. ut & Hering. cap. 25. a. num. 15. usq; ad 32. plures reperiuntur casus, in quibus ante solutionem fidejussor agere potest. Hic tamen non convenitur debitor ut aliquid solvat, sed ut liberetur fidejussor ab obligatione suâ pro illo interpositâ *Gail. d. loc. n. 5.* quod vocant agere ad exonerationem, seu liberationem. Et id ipsum petere potest actione contrariâ mandati.*

(c) *l. 4 ff. h. t. si sc. sine mandato fidejussit l. 4. & 5. de negot gest. l. 20 §. 1. ff. mand.* Secus est, si pro invito & specialiter prohibente fidejussit: tum enim ab omni recuperandi actione excluditur *l. fin C. de negot. gest.* & tam mandati, quam negot. gest. actio cessare dicitur *in l. 40 mandat.* Similiter & is qui donandi animo intervenit, neq; per mandati *l. 23. de pact.* neq; per negot gest. actionem *l. 4. de negot. gest.* solutum repetere potest: quia nullum planè adversus reum habet regressum. *l. 9 §. 3. ad Sc. Maced. l. 5. pr. de liber. legat. Hering. d. c. 25.* etiam alios recenset casus, in quibus cessant dictæ actiones.

C 3:

Expo-

Expositis iis, quæ constituunt fidejussionem, ipsa tandem contrariorum ratio requirit, ut nunc quoq; ista consideremus, quibus fidejussio diruitur, & dissolvitur. Hoc autem fit multis modis: puta, solutione ejus, quod debetur, (a) novatione primæ obligationis, (b) præscriptione (c) confusione, (d) oblatione consignatione & depositione pecuniæ creditæ (e) interitu rei debitæ (f) & aliis similibus. (g)

(a) l. 76. & l. 80. ff. de solut. & liberat. l. 36 ff. h. t. sive ipse principalis debitor pr. Inst. quib. mod. tol. oblig. sive fidejussor d. l. 36. hic. sive fiscus ad quem bona devoluta sunt. l. 15. C. de fidejussor. sive alius quispiam debitoris nomine solvat. l. 5. l. 17. C. de solut. vel ipso sciente vel ignorante, vel etiam invito & prohibente. d. pr. Inst. q. m. t. oblig. l. 23. 40. 53. ff. de solut.

(b) l. 60. hic. si modo expressè novatio fit facta l. ult. C. de Novat. aliàs enim priori obligationi alia adderetur, & duæ essent obligationes d. l. ult. C. de Nov. l. 2. ff. eod. si & fidejussor in sequenti seu novatâ obligatione se non iterum obstrinxit. l. novatione 4. C. h. t.

(c) l. 3. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 2. pr. v. sed si ve C. de Confit. pecun.

(d) Id fit per successionem: sive Creditor succedit suo debitori principali l. 38 §. 1. ff. h. t. vel debitor suo creditori. l. 21 §. 3. h. t. & hîc fidejussorem liberari etiam ex eo constat, quod nemo apud eundem pro eodem fidejussor esse possit. d. l. 21 §. 3. l. 71. h. t. l. 34 §. 8. de solut. vel fidejussor fit hæres creditoris d. l. 21 §. 3. h. t. vel contra creditor fidejussoris, quem casum conjungit cum præcedenti Paul. l. 71. in fin. pr. h. t. quia nemo potest idem esse creditor & fidejussor: ac nemo apud se ipsum potest fidejubere d. l. 21 §. 2. hic. Atq; de hac posteriori specie extat generalis regula in l. 93. §. 2. de solut. ut, ubi ei obligationi, quæ sequelæ locum obtinet, principalis

palis accedit, confusa sit obligatio: vel debitor succedit in bona fidejussoris l. 93. §. ult. ff. de solut. l. 14. ff. h. t. vel fidejussor in bona debitoris, seu rei l. 21. §. 3. l. 5. l. 24. ff. de fidejussor l. 24. C. eod. Hoc tamen casu non principalis sed tantum accessoria obligatio dissolvitur. Licet enim non tanquam fidejussor conveniri possit amplius, ut principalis tamen conveniri potest l. 27. de jure fidej. l. 5. de fidejussor. Quod verò diximus jam, & vulgò jactatur, accessoriam consumi obligatione principalis, seu fidejussorem qui debitori hæres extitit, ex causa fidejussionis liberari, id limitandum est ex l. 5. l. 50. ff. h. t. l. 95. §. 3. de sol. si scilicet obligatio rei promittendi sit plenior, vide Cujac. II. obs. 34. Quando autem fidejussor existit hæres confidejussori, duæ obligationes in unius persona subsunt, nec altera alteram perimit. Utraque enim ejusdem est potestatis l. 5. l. 21. h. t. jur. l. 13. de duob. re.

Buch. pag. 976.
 Quod si enim fidejussor successerit ei, qui naturaliter & solus obligatus in suo statu manebit fidejussor, vel quia naturalis obligatio impotenti, & ipsam et potest conjugere, re civilem, vel quia alia mixta fuerit alias creator

- (e) l. 56. §. 1. ff. mandat. l. 64. ff. h. t. jun. l. 9. C. de solut. & l. 19 C. de usur.
 - (f) pro quâ fidejussor intercessit l. 34. in fin. h. t. si modo sine culpâ & morâ debitoris seu fidejussoris res ea interierit. l. pen. de solut. l. 88. de V. O. secus est si culpa vel mora interitum præcedat. d. l. 88. jun l. 49. pr. & l. 82 §. 1. de V. O.
 - (g) quibus sc. obligatio principalis tollitur. Exempla præbent l. 13 §. 7. & l. 16. in fin. de accept. l. 4. & 5. de compens. l. 68. §. fin. ff. h. t. l. fin. de pact. l. 7 §. 1. de Except. l. 28 §. 1. & l. ult. §. fin. de jurejurand. l. 10. §. fin. ff. mandat. l. 95. §. 4. de solut. l. 2. & 3. de liberat. legat. l. 2 §. pen. de cap. min. & alia.
- Adde Hering. c. 22. per tot.

Soli Deo Gloria

De prorogatione termini obligationi adiecti, an videlicet solvat obligat.

Not. hoc ex Hering. de h. d. l. i. §. 20. l. 19. a. 4. et 5. Et si porro tempus non est modus obligationis, sed potest tollenda, tamen adiectio certi et definiti temporis impeditur AD est, quo minus in futurum et alteri quis obligari queat, intelligitur enim promissoris gratia adiectum l. 17 de l. Jur. et ob id si fidejussor post tempus conveniat, ratione futuri temporis, vel pacti conventi, vel doli mali exceptione creditorem summo verum potest d. l. 94. §. 1. de ob. et ad. fact. l. 4. ff. de serv. l. si filiusfamil. ff. de tut. et int. d. h. ab. Goed. de contra. tit. Cap. 8. n. 123. et cum eo Buch. ad Tr. de fidejuss. §. 4. lit. G. pag. m. li. 990. ubi voluit h. duo autores post tempus ipso iure cessare obligationem fidejussoris et all. l. 94. §. 1. de ob. et fact.

AD DOMINUM
RESPONDENTEM.

Quod quis amat, sequitur, quo delectatur, id
ornat
Laudibus, & donis: sic tu devinctus amo-
Justitia, constans aequiq; boniq; satelles (re
Ambrosi dilecte, studes diffundere chartis
Musarum, Themidosq; decus, quod supprimit atas
Invidiosa probis, Martisq; dicata furori,
Perge: Dea, quas ritè colis, Te celsa locabunt
Pimplæi, Pindive super fastigia montis,
Æternoq; Procum donabunt frondis honore.

Scrib.

HENRICUS Kohne J. D.
& Profess.

ipsum exceptione facti futurum esse d.
3. Inst. de instil. sig. l. 56. §. 7. v. p. emad.
modum de Ver. ob.

Hinc daty in prima conductioe finito tempore non censety renovaty et repetit
in tacita conductioe: si tempore conductorum diutius permittat locator conductioe do,
mo uti. Vid. l. 7. C. locat. cond.

Sic nec fideiussor primi compromissi non
comprehendit in sequendo nisi expressè
licetam consentit. l. 25. §. de fin. de
reica arbit.

Similem casum habes in l. 13. §. ii. ff. locat.

Si ergo quentis antinseis fideiussore credi
for. Ductor principalis proroget tempus, si
deussor utta liberaty. Distinguedum est

principali obligationi vita, ut conallit illo finiaty et terminaty obligatio, qua
lis est caty in l. 7. C. locat. v. g. In quinquennali condixi domum, fideiussor
pro me Tibi quinquennio finit, verum ille quinquennio ad dunt alij duo ann
Kensio tunc fideiussore) vel tacite vel expresse. Hic sane finito termino
quinquenni finit epa obligatio principalis finit et terminaty dico, non tolli
hor. h. e. non mando ego cum fideiussore obligaty ad id, quod ex quinquennali
obligatione debeo) Ergo et accessoria, nempe fideiussoris obligatio finit; et
ipite vel pro fate vel opè exceptionis liberaty fideiussor in futurum, non
tamen liberaty quoad debitum quod ex quinquennali obligatione ego debeo
quod si ergo post quinquennium, ad quod contractu locationem pro qua
fideiussor Tibi, prorogety terminu locationis: sic sane vid non est nada

termini prorogatio sed nova obligatio, in quam fideiussor³
 sine novo consensu non potest obligari: Ideo, hic non
 tam ex prorogatione, sed ex finita obligationem cui accessit,
 sit fideiussor liberatus. Neg. hoc in casu sufficit sciente
 fideiussore renovare contractum, sed expresse consentiat ille,
 opus est prorogatione seu nova obligationi ~~consentiat~~ si ut
 tenetur ex de sequentibus annis l. 7. C. l. 13. §. ii ff. locat.
 An terminus tantum sit adiectioni solutioni, vel an quieratur
 de termino qui designatus est ad solvendum. V. g. Ego Sero
 promisi post annum solvere Titio 100, huius rei debi fidei-
 ussorem. Jam annus solutioni designatus est, elapso prozo-
 gat Sero mihi debitori annum illum in alium annum. Et
 hic non liberatur fideiussor, neq. in elapsum annum neq. in illum
 in quem solutio prorogatio facta mihi est a Sero creditore
 quia hic, ubi in priori casu novatio nulla est. Ergo nec fideiuf-
 sor liberabitur. l. 9. C. de fideiuf. Cum hodie nulla fiat novatio
 sine expresse ~~tenetur~~ expresse l. ult. C. de novat. Neg. aliud
 agit prorogatio nisi ut tollat moram ~~per~~ quam etiam in persona
 fideiussoris perpetua obligatio: Et habet hic fideiussor
 quod sibi gratuletur de prorogatione termini, quae contra praesic-
 tionem ipsius facta est. Vid. et Jun. Gail. 2. Ob. 30 in fin.
 Quieritur ergo An fideiussor qui se ad certum tempus
 expresse obligavit. elapso termino ulterius obligatus?
 Distinguo ex precedentibus Vel effluxo termino renovatur
 obligatio inscio vel non consentiente fideiussore, et hic manet
 obligatus in praesens sive respectu obligationis primae, pro qua
 fideiussor, etiam quoad formam, quam quoad accessiones, donec legi-
 time tollatur obligatio l. 17. §. i. si nisi certum tempus. C. de fideiuf.
 l. 7. C. locat. modo enim tollenda obligationis tempus non
 est l. 99. §. 1. de v. ob. et ac. iun. C. cum dilecti 6. Extra de
 ad. et cont. minime tamen fideiussor tenetur hic in futu-
 rum seu respectu obligationis renovatae: ultra enim verba
 fideiussio non extendatur l. 99. pr. de v. ob. Et huc refero
 quod dicit Bach. de fideiuf. ff. 4. lit. 9. et ibid. ff. ult. in fin.
 l. 3. Gail. de Contr. Sp. C. 8. n. 123. Lex §. 3. de inutil. stip.

et l. 56. §. q. v. quemadmodum de v. ob. si quomodocumque adiectum
fuerit tempus, si fideiussor expressè dixerit se nolle
post illud tempus teneri, creditor qui acq̄uerit, si post
illud tempus conveniat fideiussorem, sine dubio exceptione
pacti repelletur.

Vel elapso termino manet quidem eadem obligatio,
sed solutionis tantum terminus prorogatur, quæ pro-
rogatio differt saltem exactionem, non novam ob-
ligationem inducit arg. l. 12. §. 14. ff. de iur. iud. Ideoq̄ fi-
deiussor neq̄ in præteritum neq̄ in futurum liberabitur,
donec satisfiat creditori. Vid. Barb. d. disp. p. 980.
Coter. de proces. Exec. par. 1. c. 10. m. a. n. m. 288. ad
n. 312. Art. Fab. Cod. de fideiuss. def. 25. per tot.
Franc. de fideiuss. c. 6. n. 57. Heine. Cap. 20. §. 12.

3. §.
mod.
Hinc
in fa-
mo.
sic.
comp.
Hinc
Kecq̄
Simil.
Si e-
for. E-
deius.
p̄v̄du.
us.
pro.
Kensci.
q̄ainq̄.
for.
obliga.
Hinc
Hinc
quod
fidei.



the scale towards document

quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 1615. vagabundus quidam homo co-
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Graecorum
 iactans, adjumeto intercessionu, quas
 te impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniae
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 , poenam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 u assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publice jactaverat, quem postea
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata a *Valers*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nem suum mutat, & se pro alio suppo-
 ma apud Historicos aliosq; scripto-
 inter quae notissimum est illud Plau-
 pta forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut e bello rever-
 concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4

